Suffarcinaueris. Pet. En pater mi codices.
My. Plus satis in uno exhaustiendo congio
Morata sum, quōd non venirent, quæ tamen
Dudum mihi spoponderant. Nunc tempus est
Parare, vesperi quæ edenda sunt. Quid hoc?
Eho, redit Chrysippus hic solito prius,
Rursumq; vexandum Petriscon excipit.
Scrutatur, atq; territat. Quid hoc (malum)
Dementia? Si impunē puerum læserit,
My Sandra non vocabor. Hand me deditus
Examini videt. Morabor in ostio,
Ut candidè excipiam virgenti verbere.
Gal. Esto, sed hac iter ad scholā Pet. Non est pater,
Verum ad meam materculam(yti præcep̄erat)
Vocandam eo. Gal. Quo mater abiit? Pet. In forum
Pater, quo emat quod erit necesse vesperi.
Gal Abi, caue mendacijs ne te arguam.




Pet. Successit hoc. Iam adibo præfectos meos,
Vbi matri adesse patrem atq; scrum dixero.

¶ Scena .III. Galenus. Mysandra.

Nisi mihi boni præsaga mens de filio
Promittit: vna heu mater in culpa est, suam
Demens per indulgentiam, quod funditus
Corrumptitur, Si obnitar illi, aut arguam,
Mex gliscit odium, & iurgium, & turbatio. At
Quid, In ostio ipsa? Profecto sunt quæ non satis
Cessere ei ex sententia, pallori enim
Vultus rubor permistus isthuc indicat.
Quid pestilentius viro si pacifico
Muliere mala? Non aspides, non tigrides.
My. Impie, cruenta, edax tuorum viscerum,
Quid in meum gnatum tuos animos truces
Iam prodidisti, ut instar pecudis redeat huc
Laniatus? An paterna mens tam dura sit,
Ut filium suum adeò discerpi velit,
Te præter vnum in basiam mutabilem?
Gal. Vxor tuis moderare paulum affectus,
Sermonibusq; brevibus aurem accumoda.
Scis cur puer percussus est? Quid fecerit?
Non pro leuiculis aut minusculis (quod &
Fortassis arbitraris) his affectus est
Plagis, sed ob mendacia, ob suria, ob mala

Furum sodalitia, quibus cum inganet.
Versarier didicisti, scholasque emittere,
Eapropter isthuc (ut decebat) vltmeis
Cædi flagris, non vngulis discerpier,
Mandaueram. Id crudelitatis arguis,
Id impium, id vel beluinum iudicas,
Si ob scelera sua puer parenti vapulet?
Non hoc sacris iussum & prophanicis legibus?
Non æquum, honestum, & patriæ assuetudinis?
Quin te mage ausim et iminum caput omnium
Contendere, vt pote quæ tua indulgentia
Pueri indolem alicui bona m corrupceris.
My. Mentiris isthac omnia insulsum caput.
Num annos puer vix quatuordecim habens, tibi
Scortabitur, furabitur, bacchabitur?
Egōne eidem omnis mali dedi originem?
Hem tibi caput stolidissimum. Sic disce, sic
Disce obloqui mendaciter milii impudens
Nugator, insontemque cädere filium.
Gal. Prima hæc feram mea vxor abs te verbē,
Verum secunda si feram, iam nescio.
My. Feres secunda & tertia, modò pergis hoc
Modo loq. Ga. heu. My. ne fle miser. Ga. certè miser.
My. Sic terge ocellos, atq; abi in malam crucem,
Nam senties peiora, si reuertaris,



¶ Scena .III. Gno. Gneymus. Galenus. Mysandra.

Srepuit domus vicina turba aut iurgio,

Videbo quid siet. Galenus astat hic

Pro scribus. Heus vicine quid faciem fricas?

Quid lippiant oculi? Quid æ gri passus es?

Gal. Fumosa domus est, & oculis meis nihil

Fumo molestius, adeoq; cum mea

Vxorcula iurgatus exeo, propulit

Fumusq; Gno. Quid, fumus? Cū & ipse annos decē

Habita ucrim hanc domum, nec vñq; (quod sciam)

Fumo molestam passus sim. Gal. Sic est. Vide.

Gno. Videbo vbi hic sum? My. Scđo ades impudēs?

Feras scđo oportet; hem tibi. Gno. malūm. Ga. habe?

My. Tun' es? Virum putabā, Abi, quod habes, tene?

Gal. Redit. Quid est? Fumōsne nondū expertus es?

Gno. Haud miror equidē q; modo hac fumosa sit,

Cum extra focum ligna ardeant videntia.

Cuius domus tali rogo haud fumosa sit?

Cuius oculi fumo pari non lippiant?

Gal. Ha ha he. Te & experiri fumos meos

Oportuit! Gno. Vicine eamus obsecro,


Et optimo vino serenemus oculos,

Mororibus medeamur his Bromio sacro,

Lætisq; poclis abluamus tristia,

Gal. Placet. Gno. quid age dic mthi Galene, quid tibi

Cum illa negotiis Gal. Audies. Gnatum meum,
Quod clanculo quædam domo abstulit, acribus
Cædi flagellis iussoram. Gno. Merito quidem.
Gal. Id vxor ægrius ferens (quia filio
Indulget vtrâq; sat est) me primulum ex
Agro reuersum obiurgat impudentius.
Cum deinde totius mali ipsam dicerem
Fontem atq; originem. virentem insanient
Fustem meo illidit levatum vertici.
Gno. Post tale tonitru hymbrem sequi necesse erat
Sed sustines? Gal. Non sustinerem Gno ryme,
Si mihi per inde placeat ac tranquillitas
Turbatio. Primum huc feram, non alterum.
Gno. Dum animus quiescit coniugis, secreto adi.
Expostula acriter cum ea de singulis.
Si lenitate flexeris, longe optimum.
Gal. Et hæc mea est sententia. Gno. Hem, cedam haec
Contraq; curas hauriamus congium.
Chorus. Iambico dimetro,
Creata sunt solatio
CBaccho dicata munera,
In gaudiumq; danda sunt,
Sumenda quoq; mcerentibus.
Sumendo sunt mcerentibus
Pro temperato gaudio,



Non regibus nec satrapis,
Ne iusta & æqua negligant;

Si hostis greges abegerit,
Si cura mentem presserit,
Si vxor malis me affecerit,
Vinum bibendum porrige.

Dum mea megæra in me furit,
Dum blasterat, dum perstrepit,
Dum illidit aulam vertici,
Vinum bibendum porrige.

Porrige bibendum largius
Vinum duosve congios,
Ut mens dolore tabida
Per Libertum resforeat.

Dum flauet in calice merum,
Dumve exiluerit poculo,
Caue modum ne excesseris,
Gulæve nimis indulseris.

Nam blandius solet ingredi,
Ridentis instar pueruli,
At nisi modum seruaueris,
Mores aspidis momorderit.

Si biberis immoderatus
Quod gaudiocreatum erat,
Irām, probrum, libidinem,

Similesve pestes imbibes.


Cui vñh' cui querela' cu'
Plagæ' cui discriminat
Viro qui Iaccho deditus
Studet hauriendis poculis.

Mediocritatem igitur tene,
Ne plus minusve sumperis
Necessitas quam postulat.
Extrema enim vitiosa sunt.

¶ Actus Quartus.

Scena Prima. Iambici senarii
Petriscus. Cabiscus. Stypiscus.

Illa regressia, adibo præfectos meos.
Planè futurus luce clara acceptior.
Adeste socij, adeste amiculi, ostium
Reserare quam potestis hoc citissime.
Ca. Congerro salue. Quid agitur? Sana est cutis?
Pet. O mi Cabisee, quot ictibus nates meas
Lanauerat Didascalus. Qui amabò dic
Vtricq; vestrum cum magistro conuenit?
Ca. Prorsus nihil. Nam venit huc violenter, vt
Nos in scholam perduceret, sed lapidibus
Abactus est. Misit ministros publicos,
Quibus resistere non valentes, sicut uiter
Vincti sumus, tracti sumus, casi sumus,



Tam immāniter Petrisce, ut hulcerofior
 Nostrum vtriusq; sit cui is, q; scabré ouis,
 Aut omnium qui in compitis stipem rogan.
 Meis medentur clunib; Philochrysum, &
 Socij Philargyrum. Pet. Suanis vnxio.
 Ca. Quid plura? Vterq; scholis renunciauiimus.
 Pet. Et ego renunciaero, si cesserit
 Materculæ ex sententia. Iam amiculæ
 Videre, quis me dotibus fortunula
 Beauerit. Videte ciunaria, zaccarum,
 Piperq; plurima. Sty. Per Aphroditen plurima.
 Pet. Nondū cmnia. Sty. hui, quid subligaculo eruest
 Per Herculem pecuniam. Ca. Pecuniam?
 Sty. Pecunia (ita me Mercurius amer) satis.
 Pet. Videte nunc. Sty. O Iuppiter, iam caſare
 Beatores. Aureos philipeos
 Videmus vltra quindecim. Hec poterunt putas
 Poterunt domi cælarix. Pet. Poterunt patri
 Sty. Si illi, sat est. Pet. Hæc trado vobis largiter.
 Ca. Et nostibi vtram volueris amiculam
 Nostram suauiter. Stipisce, nos quidem
 Arguimus ignauissimi, si simile nil
 Patrauerimus. Sty. Instirue quod factum voles,
 Habebis vscq; me paratum ad omnia. Ca. Heus
 Amiculæ, Petriscon introducite,

Tractate comiter, souete molliter.

Amate dulciter, dum obambulabimus.

¶ Scena ,II,

V Philochryson. Philargyriū. Petrus.

Ideon' lepusculum meum' passerculum

Meum'. Ades amatorcule, ades. Ecquid stas foris?

Phila. Ducamus intrò. Ingredere belle amicule,

Ingredere. Quid vult erui femoralibus?

Pet. Primum omnium afferri iubete eccleriter

Tras optimi musti falerni congios

Belles agamus homunculos meæ animulae.

En aureus philippicus. Philo. Pulcherrimus.

Puella ades. Primum introi, tum misero,

Nam quispiam in vico strepit, ne forte non

Velis viderier. Pet. Sequor, strepitum audio.

¶ Scena ,III, Rusticus. Cabiscus. Stypticus.

P Ecuniam mihi tradidit vir vrbicus,

Sed fraudulentiv: plurimum sunt vrbici,

Et rustico imponunt, queant modo commode.

Iccirco (si sapiam) priusquam abiuero


Numeranda denio est, & exploranda si

Sit iusti (vt inquit) ponderis, monetaq;

Si publica & probata sit. Locus aptus hic.

Ca. Fortuna iam fauet, video pecuniam.

Sty. Nihil interest inter videre & habere; Vbi?



Ca. Vbi? Vides ne stupide stupidum rusticum
Numos suos numerantem ad ædes proximas?
Sty. Video, sed antibi numeret, non sat scio.
Ca. Numerat mihi, & tibi si velis. **S**ty. Volo ædepol.
 Sed quo modo? **Ca.** Docebote breuissime.
Sty. Ausculto. **Ca.** Iunge te viro, atq; cominus.
 Affare blanditer. Inde & inter fabulas
 Nummum subduce quemlibet, dein viculum
 Te in dexterū mox proripe. **S**ty. hem. **Ca.** Sile patrū.
 Sequetur ocyus, sequenti reiſce
 (Si sit necesse) posteaq; sat alijs
 Abduxeris à nummulis. **S**ty. Rem intelligo.
Ca. Tace, ego interim tota citus pecunia
 Correpta in hunc vicum finistrum fugero.
 Vterq; facile plæbis in frequentia
 Latebimus. Nunc sine mora ipsum accedito.
Sty. Accedo. Faxit Mercurius, ut prospere hæc
 Viriq; cedat vaficies. Saluus sies
 Probe vir. Tun' es Portengius? Rust. Nō sum quidē.
 Portengius, sed Spengius. Quid hoc rogas?
Sty. Portengius Coccoengius veſi foreſ,
 Per te meis mandare possem amiculis.
 Putas ne iusti ponderis fit hic aurcus?
 Rust. Eſt. **Ca.** Habet. Rust. Ades. Quocurris impa
 probe. Heus redi.

Ca. Persequitur in vicum relictis omnibus.
Iam iam vices Cabisce, iam tuæ vices.
O Cræsi opes, Midægazæ amplissimæ,
Qæ multa fors fortuna mi semel aggeris,
Ut integrum hanc pecuniæ summam simul
Nactam, absq; furto in pileo sic colligam,
Recurre iam Cabisce viculum in alterum.
Moue tuos celeres pedes, ne videat, aut
Te deprehendat Rusticus, cum redierit.


¶ Scena .III. Rusticus. Philochrysum.

Philargyrum. Petriscus. Versus tetrametri.

E Góne miser! egóne stultus! q; scholastico vaga
Credes philippū p̄didi, meliusq; redire ad alios
Ne simul & illum & hos. Ut omnia euoluta conspicor!
Heu me miserum, deest summarium peculium,
Basis senectutis meæ, atq; post labores ynicum
Vitæ meæ solatium. Quid restat heu mihi misero,
Nisi triste mendicabulum? O ciues miserrimi senis
Miserecite. Philo. Heus mivir, quid hoc clamoris ante
hoc ostium?

Quid accidit? Rust. Perij miser. Philo. Quamobrem?
Rust. Ego occidi virū

Miserrim⁹. Philo. qd hoc. virū occidisti? Erat cōsultior
Fuga tibi q; clamor. Rust. ego nō occidi, at occidi miser.
Mulier, quia ibi desideram paulò prius pecuniam



Mei laboris præcīa numeraturus, adēunt perfidi
 Me, nil mali tum suspicātē, duo scholastici (vt automo)
 Quoꝝ alter (vt blandē locutus?) mox philippū surpuir.
 Quē dum fugacē persequor, venit alter, ac totā rapit
 Vite meæ substantiam. Pet. Te xvōi kōfīōnou vñ d'ia.
 Rust. Quis aīs puer? Pet. Te inquam misellum. Rust.
 Nil profectō certius.

Sed, quem citabas intuo sermone peregrino, refer.
 Quē tu mihi Cabisco? Quid rideris? Pet. ou voꝝ sūπoꝝ.
 Ru. Quisnā Stypos? Nū vīra id a cū cōsciētia? quis hic
 Stypos? Philo. Abi hinc Stypos. Tuām ne nos pecu-
 niam exigess?
 Abi hinc senex delire. Nos scimus tuām pecuniam?
 Pulsate, verberate, trudite procul his ab ædibus
 Phila, laces senex delire! Abi ocyus hinc, vel ad coruos
 vel ad

Tua sterquilinia. Antuæ pecuniae nos argues
 Fures! Abit socors, & vt meruit luto fœdē oblitus.
 O quanta lucra, quāta cōmoda, opēscj mox videbimus.
 Rust. Quid agam, querarve? Quo miser me vertam
 opis modo gratia?

Si ad præsidem consugero, argentum deest, quo iudicis
 Animū in meā sententiā flectere queam. Vadā tamē
 Si fors meam sortem misertus adjuvet. Qꝫ vera sunt.
 Quæ dīcta sunt puerbio. Abit in calamitosum illusio.

Philo. Tē subtrahas Petrisce oportet, nām pāter cūm
Gnorymo

Redit ebrius domum, amiculos morabimur nos sēdula

Scena V. Galenus. Gnorymus. Septenarij.

Q Vid nunc futurum Gnoryme? An domum
introgressus, iterum

Vxoris infelix caput verberibus obiectabo;

Malim profectō viro cū fortissimo pugnare

(Necessē si sit) cominus, q̄ in mulierē rixari.

Gno. Non ibis hac hora. Audies me. Vesperi cū instabi
Cœna, & vocādi iam hospites, stabis meis pro foribus,
Vidēbis vltro te vocauerit. Nec alio pacto

Mala mulierem rectius mollire, q̄ contemptu

Poteris. Ga. Id v̄tq̄ experior: obseqr̄ tibi. Gno. prudēter

Fac is. Docebo te quoq̄ intrus pluria. Gal. I, sequor te.

Ignoro quos vtring īsus audiam obstreperentes.

Malo fugere dicteria irridentium, q̄ verbis

Reuincere

Scena VI. Philochrysum. Philargirium.


Cabiscus. Stypticus.


Evge adiunt amiculi. Petrisce caueto
Ne Prodeas, nondū pater propriam domum introiuit.

Ca. Curnā sequenti (vt iussērā) numisma nō reddebas?

Sty. Rūsserē egōne philippēta m splendidū? Nequaq̄,

Ca. Si redderes, minus foret periculi, tibi primum.





Quia vnde te accusaret, haud haberet, præsidi. Atqui
 Me (vt suspicor) nō viderat. Sty. me accuset, obtrudatq
 Me præsidi, melius t' tenere q̄ ab iſcere philippum,
 Eccas amiculas, foremobiſ cruant, mora nulla ne sit
 Nobis reuertētib⁹. Philo. adeste cito, mora in pericloſt⁹
 Ca. Quid nūc vt estis timidæ, vt estis scrupulosæ, mēte
 Amantem oportet esse libra. Phila. Profecto oportet,
 Fortuna vt arrisit⁹ fuit secunda. Ca. Nunq melior,
 Crœſt adfero ingentes opes. Philo. Dic serio Cabisce,
 Nū rusticū expoliaſtis? Ca. hem, qd rusticū? pol nugæ.
 Quid huius in mentē venit? Philo. miris modis turbauit
 Iam rusticus (nescio quis) hanc nostrā familiā amcenā,
 Et liberam, duobus implanatum ait sese esse
 Nebulonib⁹. Phila. scholaſticis. Philo. quē (vt par erat)
 Celsūq̄ disturbancem, technas Petrisc⁹ vras (trulūq̄
 Certe autumat. Sty. Ha ha he. Phila. Quis hic risus
 (quod aiunt) plusquam

Sardonicus? Ca. Mea vnicā Philochryſium te dono
 Hoc munere aureo. Sty. Duploq̄ te Philargyriū hocce
 Argenteo donabo munere. Intrō iam properemus,
 Sortemq̄ nostram inter caliculos planius recitemus.
 Properemus inquā, vtrinq̄ namq̄ in viculis fit strepitus
 Scena. 7. Sycaſtra. Prætor. Satellitēs. 5. Trimetri
Miranda sunt, si que feruntur vera sunt,
 Tum de Cabisci tum Stypisci fraudibus,

Nisi tempori his prætor malis occurrerit,

Paulatim in omnem proruunt licentiam.

Quapropter illi hæc suggesta censeo, &

Capienda si qua mihi ferantur commoda.

Et commodum, se Prætor ipsus ingerit.

Sa. Te heros Sycastes vltro conuentum petie.

Præ. Moremur, hoc cum homine mihi est negotium.

Sa. Delator in casses tuos feram inferet.

Sy. Salve domine Prætor, Præ. Sycasta saluus es.

Nihil noui. Sy. Parum. Præ. Parum refer. Sy. Nihil

Tibi de Cabisco, aut de Stypisco proditum?

Præ. Certi nihil. Qui sunt iij? Sy. Adolescentulæ

Polo omnium, quos terra habet nequissimi.

Qui fraude passim quoslibet.

Qui vina, carnes, lectulos dolo auferunt.

Præ. Quia vafricies Longum foret tibi singula

Enuclea re, pauca breviter strinxero.

Nosti Lupi intersignum? Præ. Noui probè

Sy. Scio. Huc Cabiscus & Stypiscus (ut sibi

Condixerant) vrnas ferentes fictiles,


Ab ænopolia postulant Germanica

Vina, & quæ ibi nouere non venundari

Iam Cretica. Inde missi in ædes alteras,

Aquam hauriunt, dulce simulantes Creticum.

Denuo adcent ædes priores, altera



Fracta lagenā postulantes congredi
 Vini duos Renensis (infortunium
 Suum querendo, & improbum vinarium)
 In æneo sibi commodando vasculo.
 Vir acquiescit precibus, haud quanquam sibi
 Data verba suspicatus, at precium meris
 In ænea prompti fidelia exigit.
 Illi inquiunt, omnem se in effusum prius
 Pecuniam expendisse, sin credat minus,
 Lagunculam cum Cretico dare pignori. Hanc
 Vir, non doli latere suspicans, sibi
 Seruat. Abeunt, spondēnt quod cum pecunia
 Mox se ad futuros, Sic suo Genio vacant
 Incogniti, dominū ferentes hydriæ.
 Præ. Per Herculem astus hic facetus, possit
 Remittier, nisi accidisset crebriter.
 Sy. Cape reliqua. Cum ijdem eadem vespera
 Te præsidem, & totum senatum in ædibus
 Cœnare noscent consulis, viam obſident,
 Per quam sub horam noctis (vt fit) tertiam
 Artocreas ferret minister, & alia
 Postrema mensa fercula, oppandunt quoque
 Tenuem angporto funem, vt implicitus pede
 Improuidus luto incidat. Tandem stata
 Rediens minister hora opustus lancibus,

Func obligato prensus in luctum fabat,
Cauensq; dapibus, sibi cauere negligit,
Verum inquietatus dum studet mandarier,
Cum pluribus etiam hido simul affluunt.
Alter sibi porrecta edulia sustinet,
Alter laternam dum leuit collipsum humi,
Simulatq; corrigere dolo extinctam rapit.
Fugient vterq; per tenebras noctis, &
Casso ministro, te, twistq; famentibus,
Genio suo indulgent, cui emq; exporrigunt.
Præ. Isthuc magis furtum sapit. Num plura sunt
Huius farinæ, quæ sient memoranda? Sy. Sunt
(Nisi te grauet prolixitas) quamplurima.
Nam lectum ab altero æditum alter sustulit,
Modo q; ferunt eos ab stulisse rustico. Præ.
Modo? Sy. modo fama publica ē. Præ. Sed q; modos?
Sy. Nisi sit onerosa (inquam) tibi prolixitas,
Quod fama fert modo publica, tibi suggeram.
Præ. Prolixitatem nec locus nec tempus hoc
Patitur, in auditorio dicturus es.
Sed ubi latere modo putas latrunculos?
Sy. In ganeo se aliquo retrudunt suspicor.
Nam ē ganeo ferunt eos Didascalo.
Iam per ministros publicos contraditos.
Præ. Hē. Sy. vapulasle. Præ. q; ergo? sunt scholastici?

Sy. Fuere, sed puto iam abdicatos litteris.
Præ. Vade, experire, deinde mox domum meam
Reuertere. Sy. Fac iam quidem non segniter.
Præ. Vade cito. Dum ferrum calet, crudendum erit.
Paulum moratus mox domum reuorteret.

¶ Scena VIII. Rusticus. Prætor.

M E miser, ut infornunia infornunijs succedunt
Hunc circiter locum miser pecunijs meis spoliabar.
Hic vapulabam, & in cloacam deprimabar insens.
Et hactenus querendo suscipi decti prætorem, adeo
Tandem fatigatus sum, ut hiscere vix quæcum ad lequendū
Sed ecceum, adest cinctus caterua militum suorum,
Adibo. Reddat hunc mihi Deus pius, mansuetū, &
Tractabilē. Præ. quid vult sibi villanus ille? Adsto
Sa. Procede, ades pagane. Quid tibi negotij? Adsis.
Rust. Volo, sed pudore deforor. Sat. Minus puden-
dum. Accede.

Præ. Ne sternere, at causam tuā explica absq; pauore
Ru. Heu dñe p̄tor hoc die, hac in vrbe, in hac platea,
Pecuniam, quam pro laboribus meis immensis
Paulò prius recuperam, tota miser spoliatus
Sum. Præ. Quo modo? Num astu dolōve manus
aut violentie?
Rust. Si me audiat dñs meus, breui admodū sermone

Astum exposuero, neutiq; violentiā. Præ. Proferto.
Rust. Dum nūmulos meos recenseo, venit adolescē
Scholasticum quem suspicabar, comiterq; locutus
Mihi primulum, rapit illico imprudenti (vt extimo)
vnūm

Philippeūm, fugitq; Quem dum nitor aſsequi, mox
Me paululum abducto venit fodalis (vt coniōc;
Q; quis prius non viderim) & tollit ſimul mihi omniē
Mi dñe residuam pecuniam. Præ. Quis auit iſtūc
In urbe libera? Quid hoc? Rust. Sic aſtum. Præ.

Eum deſcribe,

Quē videras. Ru. Pulcher, agilis, comaq; cinnimatis
Nen admodum procerus, at rubente tunica induitus
Nigrq; pile caput velatus. Præ. Hem, venabor
Si quo modo hēs queam duos prehēdere nebulones
Et perdere. Rust. Ecquid proderis misero impieſ
perdendo,

Si non, quod abstulere, eidem reddier curaris?
Etsi quidem mi dñe agricola ſum rudis, bardusq;
Non itamen debere te tantum iuvare eppresſos,
Quanum opprimentes plectere. Sat. Intulit probē
mehercle.

Præ. Quid efficere queā, niſi exhibeas mihi nocētes.
Rust. Scrutetur hanc dñs meus domuncia, fortassis
Pecunia mea iudices, ſurēſve deprehendet.

Prat. Quo nixus argumento id aulumas? Ruit.

Meam dum sortem

Flerem miser miserabilem, hac domo exentes ipsa

Hora duæ mulierculæ, scholasticus quoq; procax,

Illudere meam calamitatem, opprobriq; afflictum

Abigere, cum nonnulla mihi de illis foret suspicio.

Et nescio quos mihi Cabiscos, quos Styptiscos ludens

Gracè puer memoraret. Prat. Hem, secede paulu-

lum, sed

Longius ne abesto. Abi. Satel. Per Herculem hic

Cabiscus

Est, hic Styptiscus est, qui similibus tibi heros

Sceleribus accusati erant. Qui oppignerarunt vino

Redempto aqua pro Cretico, atq; consulis ministro

Lapsu inquinatio traditas dapes sibi abstulerunt.

Præ. Apparet. Ostium crepit, videte quis proficiat.

¶ Scena IX.

Styptiscus. Satellites. Rusticus. Prætor.

VIdebo si tutus Petrisco transitus

Hinc ad parentes pateat. Hui, quid Prætor hic?

Sa. Hic est prosector domine, quem iam Rusticus

Depinxerat. Se subtrahit. Rust. Vidisti' hunc

Qui prodij? Prosector is est, qui sustulit

Philippeum, reliquiq; furti concius.

Pra. Properate vos, irrumpite, & producite
Totam familiam Fortiter. Sa. Parebimus;
Aperite Dissimulant. At introitum primus.
Prodite vos, prodite. Prætor vos simul
Vult contenerre. Rust. Timeo fortioribus
Aut pluribus tres non queant resistere.
Clament, tremunt, tumultuantur, obstrepunt;
Res salua, plorant, deprecantur, exent
Manicis reuincti ferreis, trepidique eos
Sequuntur improbus puer cum feminis.
Quid nunc futurum? Quid spei mili reliquum?
Pra. Cædantur hæc prostibula colaphis, at alios
Tres in phylacam puniendos ducite.
Tu sequere, reddetur tibi pecunia.
Rust. Denuo renatus videor. Hinc actus tuos,
Mores tuos heroicos, clementiam, &
Prudentiam laude esteram dum vixero.
Pra. Non hoc requiro. Sequere me in prætorium:

¶ Chorus, Iambico dimetro.

O Bediendum præcipit
Tum sacra tum prophana lex
Principibus & ienatui,
Qui plæbi honestè præsident.
Non modo pijs, clementibus,
Probelij præsidentibus,

49

Sed & improbis & dyscolis
Est obsequendum satrapis.

Nam omnis potestas à Deo est,
Quæcquà Deo, ordinata sunt.
Itaque potentibus obstrepsens
Dei resistit ordini.

Hi dirigunt templicam,
Rebusque priuis consulunt.
Sinc his nec usquam tutus est
Nec in urbe nec in agro locus.

Hi pauperis, vidua, orphani,
Inopiscque causam vindicant,
Hi rusticos innoxios
Seruant, perduntque noxios.

Per hos sacris sub ædibus
Ritus sacrorum permanent
Per hosque leges publicæ
Vigent ubique gentium.

Quid Core, Dathanque perdidit?
Quid Abessalom, quid Bochriden?
Nisi insolens in principes
Gentis suæ arrogantia?

Tetradactylus magistratum docet
Venerari honore debito.
Quod Caesar ipse præstítit

Christus, suisq[ue] tradidit.

Ne dum Ioui recalcitres,

Iaculato ab axe ecelico

Cum immanibus gygantibus

Pereas trisulco fulmine.

Actus Quintus. **Scena Prima.**

Gnorymus. Galenus. Liturgus. Iambici trimetrum

Praetorium pro foribus his bacchantium
Pugnas fuisse, iam nihil tumultum.

Prodi foras Galene, nugenit foris.

Gal. Perterritus profecto me quoq[ue] strepitus.

Sed iam quid vxor incipit? Mandata dat

Liturgo ab ostio. Gno. Ut quidem ante dixeram,

Te reuocat vltro, non ferens absentiam.

Lit. Me iussit hera quæsum abire herum meum, &

Gnatum suum, quos vbi modo inueniam haud scic

At herus ad ædes Gnorymi iucundus est.

Gno. Num te petit? Quid dixerat? Ga Men' vis puer

Lit. Te rogit hæra, ut q[uod]cunq[ue] simē venias demum,

Quod hospites vocandi, & alia in ædibus


Prius ordinanda sint quam cœnit es.

Rogatq[ue] serio honore pro doméstico,

Iniuriæ sis immemor. Gno. Quin' me rogas?

Lit. Quid te roget? Gal. Ut iniuriæ sit immemor.

Li. Cui? Ga. hahahæ. Li. nō capio, Gn. abi, vētur?



45

Res mitiganda est vesperi. Gal. Dic me adfore
Post horulam. Gno. Nonne id tibi prædixeram?
Obsequre nūc, vehemen. ius cras argue.
Gal. Stat acquiescere. Heus adesto vespri.
Gno. Adero. Bene est. Venit vxor obvia mītior.


¶ cena. II. Myſandra. Galenus.

VE eor virum affictum mea esse iniuria,
Quod & absq; iusta cauſa cum ceciderim.
Nam traditis meis Petrisco clavitus
Periere cinnama, piper, & omne zaccarum.
Verum omnia hæc celanda proſsus sunt ei,
Ne habeat, quibus ſirmet etiam partes suas.
Adest, benignius alloquar. Morata ſum
Te mi vir haſtenus tua indigens op̄e,
Prudentia, atq; industria. Veni igitur, vt
Et ſingla diſponamus ad conuiuum,
Et aureos tribuas duos, qui lus piper
Et zinzier, cum zaccaro mihi comparem.
Gal. Hui, rurus aureos duos! Aromata
Nondum priora abſumpta credidi. Quid est
Qnod ipsa eam pecuniam non ceperis?
My. Id haſtenus tentare no' ui, vi ipſefciſ,
Ne oriatur inter nos aliqua ſuſpectio.
Gal. Sequere in rō, vt accipias, emasq; tempora
My. Praeſequar. Pro filio follicita ſum,

D ii.

Ne forte bacchanalia, pariant ei (vt
Vt uenit) aliquid mali, aut periculi.
Ecce, redit Liturgus, at sine filio.
Id quod facit multo magis iam me anxiam.
Gal. Vxor. My. Quid occipit? Gal. Vxor. My. Hem.
quid claritas?

Scena. 3. Liturgus. My. Sandra. Galenus. Lorarij.
Per cuncta compita, fora, sphæristeria,
Tandem in scholam regreslus illum quartu
Petriscon, & frustra fatigatum manent
Me forte verbera, quod domum non duxerim,
Aiunt sodales accitos iam præfidi. Hui,
Quid turbæ in ædibus? Quid audio miser?
Quæ furtæ mihi tandem imputant innoxios?
My. Adeste, cui tua credidisti omnia, adeo
Ut propter hunc neq; parceres gnato tuo.
Huc (fretæ nempe tua fide) claves meas
Iam credidi. Hic furti reuult' Hic in ædibus
Solus moratus est. Gal. Ades trifurcifer,
Cuitanta credidi, tot aureos mihi
Semel auferas? Lit. q̄t aureos. My. Numeri rogas
Nequissime! Lit. Ecquos aureos? Ego innocens.
Gal. Tu plus minus mihi viginties aureos
Furatus. Lit. Id here sobrius non dixeris.
Gal. Tibiebrius nefande videor. Reddit



Celeriter id quod eruitis scribitis.

Lit. Iuro Iouem optimum, supremum, maximum,

Nil me tui attigisse furti gratia.

My. Respice marite. Commodum, enlorarios,

Adducier iubeto vincitum praesidi, ut

Examinatum, praeter in cruce, puniat.

Lit. Me praesidi! Me praetor in cruce puniat!

My. Te praesidi! Lit. Quid cōmerēt? Ga. Adeste vos.

Propter rei domesticæ furta, & alia

Crimina, scelestū hunc rapite. Lo. Quonā ducimus?

Gal. Ad praesidem, quo Prætor ipsum examinat

Tantis per in suo equilio, dum dixerit

Quantum abstulit, quo gessit, & q̄ crebriter

Patrauit Lit. Heu, me innoxium? Ga. Hunc in noxium

Inijcite vos manus. Lo. Renata ris licet,

Nobiscum adibis Praesidem Gal. Sublimem eum

Rapite. Quid estis frigidis? Lo. Nos frigidis?

Quid nunc videmur? Gal. Aciores. Tollite.

Ego vos sequar. Lit. Vestram fidem cives boni,

Vestram fidem, succurrите, haec fero innocens.

Gal. A Gnorymo crepit ostium, morabor hunc,


Tuvade coniunx, redime quod necesse erit.

Scena. IIII. Gnorymus. Galenus. Rusticus.

VThabent negotia mi Galenus. Ga. P. ssime.

Gao. Agiturne res vxoria tibi denuo?

Gal. O Gnoryme, omne peculium mihi famulus,
Quem credidi prorsus fidelem, dissipat.
Iam prater alia, nescio & quot aureos
Furto abstulit. Gno. qd ais mihi? Ga. furto abstulit.
Gno. Liturgus? Gal. Ipsiſ. Gno. Nentiq; sperauerā.
Gal. Videor mihi omnium facile miserrimus.
Vxor procax, gnafus rapax, furax puer.
Vcnit ferē ad restim negotium meum.
Gno. Quid ipſe? Ga. Constanter negat, quare accitis
Lorarijs adactus est, ad praefidem.
Gno. Is iustus est, vſq; ad quidrantem extorterit,
Reddetq; Fidito. Quid hic senex ouans
Recenser? Heus senex quid agitur in foro? Rust.
Furtum, dolus, perjurium. Gno. Isthæc vetera sunt.
Rust. Expertus ipſe sum nouisti ima. Gno. Hem senex
Qui expertus es? Rust. Pecuniam mihi dolo
Duo abstulere perfidiſcholaſtici.
Veruntamen cum tertio, qui quoq; suis
Parentibus aliquot auricos subtraxerat.
Vin?i ſimal ſeruantur (vt puto) crucibus.
Valeant, meam mihi reddidit pecuniam
IEquissimus Iudex. Gal. Quis iſthic tertius?
Rust. Noui Cabicon & Stypicon, tertium
Puerum quidē non noueram. Gal. Liturgos eſt.
Rust. Hic seruus eſt, adductus vli imo innocens.



Gal. Tun' innocētēm dixeris? Rust. Ego dixero,

Quia captus antē parvulus furti reus⁹

Gno. Vale senex. Gal. O Gnoryme, ô quantū vir hic
Amaritudinis incutit mihi scrupulum.

Hic filius⁹ Gno. Vereor ego ipse plurimura.

Gal. Is ipius est, indicia multa congruant.

Péri miser. Quin' enī coniugem meam
Sexcenties non interemi, quae fuit?

Vna autor huius Tragœdiae. Hei mihi.

Gno. Animæquior sis mi Galene, forsitan

Periculum non tantum erit, quantum imminet.

Accurrit vxor, caue mali quicq; inferas.

Caue graues graue grauioribus malis.

¶ Scena. 5. Mysandra. Galenus. Gnorym. Nūcius.

Heu nos miserrimos. Galene filius

Vinctus tener iudicatur, cruci quoq;

Adiudicandus Gal. Impiissima mulier,

Stultissimaq; nūc ne innocens est filius?

Vides modo quid egit indulgentia? My. Heu,

Sero sapio mi vir, sero sapio nimis.

Gno. Stet iurgium, videte si redimi queat.

Gal. Quid consili⁹ vicine? Gno. Sollicita cito

Si quos habes notos amicos Præfidi,


Vt antequam pronuncietur, obuiant.


My. Accedit huc (quis necio) celeri gradu.

D iii.

Moremur hanc. Num. Aiant Galenum in hoc loca
Morarier, cui traderem has epistolas.

Ga. Heus bone adolescēs, ego Galenus: quid agit ut
Nun. Has literas geminas Petrus filius
Tuus vnicus mittit, vide celerrimē
Quid continēt. Gal. Aperito eas ô Gnoryme.
Ut perlegas. Gno. Ne sic, priores has tibi
Scripsit. Didascalο dabuntur alterae.
Auditō nunc. In mortis horrendae ultima
Positus pater discrimine, oro & obsecro
Clementiam tuam, vt adiuues me & eruas.
Si quo modo fieri queat. Cum cernerem
Matris meæ nimiam per indulgentiam
Vitia fore impunita, per licentiam
Quicquid libebat, id licere credidi.
Quicquid domi surripere quiueram dolo,
Ad improbos meas sodales, cum quibus
Et ipse sum in furto prehensus, transstuli.
Ego mi pater tuam pecuniā abstuli,
Culpam in Liturgum transferendam callidus
Putaueram, verum Deus pius arbiter
Quo innoxium seruet, prehendit noxium.
Nunc itaq; clementissime pater obsecro,
Ut alteras has literas sine remora
Supplex meo tradas Didascalο, quia





52


Nisi ille seruet, de meo iugulo actum erit.
Vale. Igitur accelerato ophist' Aditedum.
Gal. Eamus itaq; vt tradita hac epistola, ad
Clementiam fletere queamus supplices.

¶ Scena. 6. Myſandra. Galenus. Didascalus. Puer.

Quis nā Deus dabit hunc virū mihi propitiū,
Quē tam improbē insecta sum cōuitijs?
Gal. Vir obuiust' Tu prērue, & supplex roga
Crimen remitti, quod in eum commiseras.
Did. Saluete vos. Quid tristior solito tuus
Galene vultus est? Quid vxor lachrymat?
Gal. Supplex rogat sibi remitti crimina,
Quae in te procaciter nimis commisit. Did. Hei,
Surgat, facile remisero, et iam pluria.
My. Mei misereat te magister optime,
Quae oculos meos ad te leniare indigna sum,
Sine te tamen mulier ero perditissima.
Did. Ades, bono sis animo, ades, parce lachrymis.
Quid habes? Ga. Lege ô p̄cepter hasce li teras. Did.
Grācasne! cui? nā! Ga. mei heu. Did. qd lachrymass
Gal. Gnati. Did. Petrisci? Gal. Perditii. Did. Hem
lege hanc puer.

Pu. Χαλῶ Διδασκάλῳ πεπρίσκος ἐυπρόγερ
Διγάσκαλ ἔντα μου θόλωράνεψος,
Θαῦσθμ ὅμος σῆς ζητότκτι ἐμφύτῳ

Ικετήριος σου δέομαι πρέπει γωνίας ἐμοι,
ὅτε γρηγόριος ἔσονταις χολαργοῖς.
Πυσηλε ταχὺ παρόντος ἀπὸ τοῦ κινδύνου
Σταυρώσεως, ὃ μὲν εὐπλάκατον περιπομπή
Ἴστι δικαίων σώσθη, μεστόν, οὔτοι δικένεστο
Περὶ μου πέπρακται τῆς Δέρης καὶ τοῦ Βίου
Ἄρετον παρῷ παχύτερον, ἄβολφ τέ με
Ἐξορέ, πρέπει μὲν ἀπολέθου αὐχίσφυτον
Εἴρως ἐπισάτα πενυμένεσε. Did. d'ōe. Pu. λαβέ
Did. Miseret profectò utriusq; & filij.
Verum quid hic autoritas nostra valeat?
Contráve iura quid mea serula præsidis?
Id est Misandra mane quod tibi dixeram.
My. Nil præter iram & contumeliam (palam
Loquor) ego merui. Flectere misericordia.
Did. Quid Græca q̄ Latina scribere maluit?
Gal. Quo te (reor) mage flectat eruditio. Heu.
Pu. Moueat magister te tam amaræ lachrymæ, &
Gemitus parentum. Moueat eruditio.
Moueat quoq; puerilis ægra infirmitas.
Se corriget puer, tuasq; perpetim
Niserationes prædicabit plurimas.
Did. Audi Galene. Vester (ita Deus me amet)
Et sum & futurus sum, quid autem per meam
Quem obtinere authoritatem nescio.



Eamus anteq̄ anteversat nos grauis,
 Scuera, & irreuocabilis sententia
 Iudicis. Ades puer oxyus, gere virgulam. Pu. Hem.
 Gal. Prætoris optimi Ioue animos parent,
 Ac mitigent, quo facilius nos audiat.

¶ Scena VII. Iudex. Satellites.

Fures. Didascalus. Palantes.

Nunc hora senior, diesq̄ occiduus est.
 Producere impios, ut extrema m̄ suis
 Pr̄ sceleribus sumant palam sententiam.
 Sa. Parebimus Did. Iudex tribunal occupat.
 My. Heu. Did. Prodeunt rei. Accidetis supplices
 Prætoris genibus. Heus, vt est Mysandra? Ne
 Time. Galene tene labentem coniugem
 Res saluæ erunt. Iu. Consistite. Ca. Heu miserrimos
 Fures. Stry. Itane nos separas amara mors?
 Pet. O quis Deus poli, solive mihi puero
 Misericbitur? Num mihi pater, num mater est?
 Maledicta furta, quæ me in hac necis trahunt
 Discrimina. Oparui greges scholastici,
 Parete præceptoribus vestris. Cauete
 Ab his quoq; impurissimis sodalibus.
 Hi in crimina, hi in vincla, hi in necem induxerem
 Iud. Satis λόγων. Quis hic irruit temerarius?
 Did. Iudex tremende tibi, tribunalq; hujus

Fœlicitatem & æquitatem usq; imprecor,
Verum hunc puerum tum parentum lachrymis,
Tum ætate tenera, tum scholastico meo
Pro vetere priuilegio, primum rogo,
Dein impero, mihi corrigendum creduas.

Discipulus est meus, meæ quoq; ferulæ,
Non dum tuis Prætor subactus legibus.

Ind. Tun' es scholæ nře Didascalus? Did. Ego sum.

Ind. Partem alteram æquitatis esse te arbitrans,

Iuri meo iam cessero. Verum amodo

Cane puer manibus meis prehendier.

His indicatis, dabo parentibus suum

Mancipium, & aurum residuum quod abstuli.

Did. Ago gratias tibi Prætor (vt queo) maximas,

Nostræq; si vti opera velis, rursum impera.

Ind. Quin hos quoq; eximis? An ne & hi duo tui?

Did. Non sunt, fuere aliquando, sed rei vale,

Dixere literariae. Et ferulæ meæ

Vterq; simbduxere iam manum suam.

Veni puer. Index tuam rem perfice.


Pet. Venerande præceptor, quid vnq; pro his tibi

Dignè rependero? Did. Tace, poteris quidem,

Sed moribus correctioribus. Veni,

Vt corrigeris more pro scholastico.

Nummis receptis nos parentes sequimig;



Gal. Squimus magister, pereat haec pecunia;

Did. Recipite. Iudicis ferre gratiam.

¶ Scena. 8. Index. Fures. Satellites. Paretes. Lorarij

Turbavit hoc nobis tribunal paululum
Didascalus. Nunc propius adducantur hinc

Iuuenes nefarij. Fu. Heu, salus nulla reliqua est.

Sa. Vtrungq; Index noxiū vides. Iud. Bne est.

Sa. Adeste cuncti, state, taciti aduortite,

Pronuncianda nouissima est sententia.

Iud. Quo ciuitas sit nostra pestilentibus,

Et improbis semper viris liberrima,

Hos deprehensoris in scelestis actibus,

Furto, dolo, rapina, & id genus alijs,

Et morte dignos iudicamus, & antiq;

Sol occidat, laqueo necando in cruce

Pronunciamus. Tuba sonet. Persequimini.

Educite. Sa. Exequimur. Fu. Heu clangor tuba.

Iud. Lorarij, Liturgon absolutum hero

Reducite. Et gnato aureos quos abstuli,

Parentibus restituite. Lo. Hem, parcbimus.

Pa. Te semper optimè Präor, & laudes tuas

Nos prædicabimus, dieq; crastini

Grati erimus hac super tua clementia.]

Iud. Iam iam sat gratatum abite ad liberos.

Sa. Hic verna, & hic est residuum pecunie.

Par. Ades Liturge, affectimus te iniuria,

Verum bonis potioribus pensabimus.

¶ Scena. 9. Didasc. Petrisce. Parætes. Litor. Gnory

Correctus es Petrisce multo mitius,

Quam si cruci suffixus essem debitus.

Nunc itaque mores atque studia corrige.

Pet. Correxero præceptor, atque gratiam

Olim tibi (si me do parentes negligant)

Rependero. Did. Mox procidens parentibus

Veniam roga. Dein pro Liturgo interueni,

Ut liceat esse libero, qui protulit

Facinerilus coniectus est in vincula.

Adsunt parentes. My. O Petrisce quis malis

Adegeras te, me, & patrem tuum optimum.

Pet. Ignoscite hanc mili parentes noxiā,

Non amodo commisero. Par. Hanc ignoscimus.

Did. Bene facit is. Pet. Adhuc est prius quod te regem.

Ob mea facinora pessime Liturgus hic

Affectus est, ergo liceat esse libero.

Did. Prefecto meritus est. Gal. Liturgete manu

Mitto. Lit. Habeo gratiam. Gal. Optimè nunc omnibus

Præterquam spem cedentibus, reliquum diem

In requie agamus, atque honesto gaudio.

Tu primus ad sis a utor huius gaudij

Didascalie. Did. Adero. Ga. Et ad sis inde Gnorymus.

Vocetur huc. Li. heus Gnoryme. Cn. hem, recta oia?
 Hoc est quod opto maxime. Gal. Felicius
 Mihi cessit ac speraueram. Iam nostro ades
 Conuiuio. Gno. Licet. Gal. Prae vxor, Sequimini.
 Vobis nihil profecto spectatoribus
 Hic coximus, qua propter ihs, quæ vos domi
 Parastis, hinc recedite ut vescamini.

¶ Sena vltima Epilogus per Gregem.

Spectator asta paulum adhuc spectaculo,
 Ut audias quid in tuam rem effabimur.
 Discat pater post hanc modo aetiam fabulam,
 Ut liberos suos rebelles corrigat.
 Discatq; mater ne per indulgentiam,
 Se inhonestet, & corrumpat ipsum filium.
 Vos quoq; scholastici greges, intendite
 Vestris & auscultate præceptoribus.
 Ne post rebellionem, & alia pluria
 Flagitia, tandem crucibus adnectamini.
 Vestrum proinde quisquis oblectatus est,
 Musis fauore, gregisq; nostro plaudito.

¶ F I N I S.

¶ BVSCIDVCIS apud Ioannem Schaeffer,
 Anno Virginei partus. M.D.XL.
 Mense vero Iunio.

A graven





X